la loro porzione, che è 1/3, di un pezzo di terra con casa vicino al castello di Postignano

la loro porzione, che è 1/3, di una vigna a Postignano, la quale tutta misura 6 staiora;

3, di un altro pezzo di terra a Vslle de Flocina;

la loro porzione, che è 1/3, di tre pezzi terra, uno a Tassinaia, uno a Ceppito e il terzo vicino alla chiesa di san Martino;

Fatto a San Quirico.

Rogò Guglielmo notaio dell'imperatore.

Gualfredo notaio del re ne ha fatto una copia.

Originale:

[(S)] Exemplar.

In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille trigesimo quarto. Regnante domno nostro Curradus, gratiia dei inperator agusto, anno inperii eius in Italia septimo, octavo Idus februarii, indictiione secunda.

Divine gratiia munere superne virtutis hocsili[o] facibus demonice potestatis eruti ut nos misericors dominus eterne patrie gaudiis faciam quod heredes sedulis amonitiionibus grebisque preceptis informa. Unde est illut: «Venite [ad me] omnes qui laborati et honorati estis et ego vos requiesscere faciam». Ut ne quis de via ad eum perveniendi vel quali[ter a]b eo recipiendi esse facultas dubitare quod promisit ipse certo ostendit formulam, cum dixit: «Dimittite et dimitetur vobis. Date et dabitur vobis».

Set tamen hoc idem dochuiset singniter quis agere ortatur ipse alibi cum dixit: «Vigilate ergo, quia nescitis die neque hora». Aut voce silicet ita ut omnes debemus frequentissime meditare, quatinus semper pre oculis mentis abeantur. Oportet denique singulis qui se omnipotentis dei misericordia huius mundi divitiiis vel quibuscumque temporalibus adiuvamentis noverit consolatus eis, quia accepit ab eo quantum[libet ille conferre cum] gratiiarum actiione a quod sibi nescit cunta que abet concessa, quia regnum dei quantum abet tantum valet, quod acgredi possit, dominici instruimur [documentis, qui] mulier due minuta devote plus ceteris omnibus offerentibus hocseribus optulisset.

Unde ego in dei nomine Rustichello et Falculo seu Seracino, [germani de comi]tato et territorio Pisense per anc cartula offersionis pro remedium anime nostre et pro remedium anime suprascripti genitor et genitrice nostre seu pro re[medium anime omni parentum] nostrorum seu pro remedium omnium peccatorum nostrorum ordinavimus per anc pagina offersionis et rebus hereditatis nostre a deo nobis collatis umiliter [offerimus, donamus, cedimus ac tradimus] omnipotenti deo et tibi ecclesia et monasterio sancte Marie et sancti Quirici et sancti Turpis ad portiionem nostra quas nobis continet de ipsa [ecclesia et monasterio sancte] Marie et sancti Quirici et sancti Turpis, unde donno Bono abbas electum esse videtur.
Idest nostram portiionem exintegra de septe inter casis et cascinis seu casalinis et rebus massaritiis; duo ex ipsis sunt positi in loco et finibus Filicari, una regitur per Bonitio filio Barocci, alia recta fuit per Prugnoli, et illa terzia po[sita in loco] Monte Marimari regitur per Iohannes filio Barocci et illa quarta ubi dicitur A la Collina regitur per Stefano et Martino germani et illa quinta prope iamscripto monasterio regitur per Lari massario filio quondam Pieri et illa sexta recta est per Bonitio filio Sassi et illa septima in loco Casale qui recta est per Stantiio. De as suprascriptis septe inter casis et cascinis seu casalinis et rebus massariciis in predictis denominatis locibus cum fundamentis et omne edificiis vel universis frabricis suarum seu de curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis cultis rebus vel incultis de omnia ex omnibus rebus quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis as iamscriptis casis et cascinis seu casalinis et rebus massariciis sunt pertinentibus vel aspicientibus et suprascripti denominati massarii exinde ad manus suarum abere et detinere videntur competit exinde nobis tertiiam portiionem. Ipsa vero nostram por[tiionem exinde inte]gra cum inferioribus et superioribus suis seu cum accessionibus et ingressoras suas tibi deo et iamscripta ecclesia et monasterio sancte Marie et sancti Quirici et sancti Turpis offerre [previdimus.
Item dona]mus et tradimus tibi deo a predicta nostram portiionem de iamscripto monasterio dommini, sancte Marie et sancti Quirici, idest cassina et res nostra illa massaritiias qui est posita in locas .... [regitur] per Iohannes Rosso et una petiia de terra nostra illa quas abemus in loco et finibus Marmoraio quod est vinea. As iamscripta casscina et res massaritiias cum predicta petiia de terra quod est [vinea in predictis] locibus cum fundamentis et omnem edificiis vel universis fabricis suis seu curtis ortis terris vineis olivis silvis virgareis pratis pascuis cultis rebus vel incultis omnia [ex omnibus rebus] quantas ubique in qualibet locis as iamscripta casscina et res massaritiias exinde est pertinentes et iamscripto Iohannes massario exinde ad manus suam abere et detinere videntur in integrum cum [predicta petiia de terra quod est] vinea, simul cum nostra portiionem de una petiia de terr[a] que est posita in loco iusta castellum de Sancto Quiricho, tenet uno lato in muro ipsius castelli et capo in terra nostra [quas nobis reservamus et] de consortibus nostris, alio capo cum alio lato in via publica, que est scale quattuor, una cum meam portiionem de una petiia de terra quod est prato in loco Valle Tosa, competit [exinde nobis tertiiam porti]ionem ; tem cum una petiia de terra cum casa super se abentem seu curte orto tota insimul comprensa in loco et finibus Postignano prope ipso castello quas quondam filii Pecci ibi[11] [residere videntur, competit exinde] nobis tertiiam portiionem, de una petiiola de terra quod est vinea in ipso loco Postignano, qui uno capo tenet in via et alio capo cum alio lato tenet in terra nostra quas nobis [reservamus], alio lato tenet in terra Cunitii filio bone memorie Beritii, quod est per mensura ad iusta perticas mensuratas sistariorum sex, in integrum quidem cum meam portiionem quod est tertiiam portiionem de una petiia [de terra quod est] prato in loco Valle de Flocina, ambas capitas tenet in terra quas nobis reservamus et de consortibus nostris cum uno lato, et alio lato tenet in suprascripto rivo de Flocina, et cum nostram portiionem quod [est ter]tiiam portiionem de una petiia de terra in eodem loco Flocina, ambas capitas cum uno lato in terra nostra quas nobis reservamus et alio lato tenet in iamscripto rio de Flocina una cum nostra portiionem [quod est terti]iam potiionem de tres petiiis de terris [una ex] ipse in loco Tassinaia, secunda dicitur Ceppito, tertiia petiia prope ecclesia sancti Martini.
Ipsa vero nostram portiionem in integram una cum omnibus casis et cascinis [seu] casalinis et iamdictis petiiis d[e terris], qualiter superius legitur, deo, tibi ecclesia et monasterio ad predictam nostram portiionem de iamscripto monasterio sancte Marie et sancti Quirici et sancti Turpis offerre

[11] *segno di croce al margine*.

[providemur absque contra]dictione omnium ominum et sicut nos actenus possidere visi sumus eam quieto ordine usu perpetualiter ad usu subsidiumque ad ipsa sancta dei ecclesia abead firmiterque possisdead [et si unquam ullo tempore nos iamscripti] germani vel nostris heredibus aut cui nos dedissemus aut dederimus omnibus iamscripti casis et cascinis seu casalinis et rebus nostris et predicte pezie de terra et vinea que superius legitur [ad ista nostram portiionem de predicta ecclesia et mona]sterio vel ad illis monachis qui ibidem per tempore ordinati fuerint vel ad iusqe rectoribus et si aliquando tempore in aliquid exinde intentiionaverimus aut retolli [vel subtragi quesierimus nos vel] ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio et si nos exinde auctores dare volueritis ad pars iamscripta ecclesia et monasterio ad nostram portiionem [ecclesie monasterio sancte Marie et sancti Quirici] defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondimus nos qui super Rustichello et Falchul[o seu] Seracino germani [una] cum nostris heredibus componere ad pars iamscripte [ecclesie et monasterio sancte Marie,] sancti Quirici et sancti Turpis vel ad illos monacos vel abbas qui ibidem per t[empore] fuerit penam argenti opt[imi lib]ras centum et omnibus suprascriptis casis et cascinis [seu rebus qualiter supra] legitur in duplum in ferquidem loco sub estimatiione quales tunc fuerit et post pena data hanc cartula offersionis omni tempore permanead firmitate et [robore, suprascripta pena] et oblicatiione.
Et omnibus is que superius legitur minuare aut suptragere vel intentiionare voluerit aut alienare que fierit delead deus omnipotens nomen eius de libro [viventium et cum iustis non scribantur et] fiad participe cum Dathan et Abiron qui terra eos vivos deglutivit, fiad socius cum Anania et Safira qui fraudaverunt pecunia domini sui, si depreensus [cum Simon Magu]s qui gratiia spiritui sancti venundare voluerit, si participes cum Iuda Scariot qui proter cupiditatem vendidit dominum et magistrum, si separatus ad consortiium iustorum [et in die] iudicii non resurgat in numero sanctorum.
Ita sic complacuit animo nostro. Quia in tali ordine hanc cartula offersionis nostre Gu[ilielmus not]arius domni imperatoris scribere rogavit.
[Actum ......] Sancto Quiricho.
[Singna ma]num iamscripti Rustichelli et Falculi seu Seracini germani qui anc cartula offersionis fieri rogaverunt.
[Singnum m]anus Singnoritti filio bone memorie Teutii et Golfoli filio bone memorie Taiberti et Gerardi filio bone memorie Albitii et Surichelli filio bone memorie Balditii testes.
[(S) Ego] Guilermo, notarius domni inperatoris, postradita complevit et dedit.
[Ego Enrigus sacri] palatii Lateranensis notarius autenti[cum illum vidi] et legi unde hanc exemplar exsivii subscripsi.
[Ego Ubertus], notarius domni imperatoris autenticum, illum vidi et legi unde hanc exemplar exivit supscripsi.
[(S) Ego Gualfredus, notari]us domi reis, autentichoillo vidi et legi et fideliter exemplavi.

17 aprile 1035

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatio Fondo arcivescovile n. 102.

Edizioni:
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonto 11,1], Ospedaletto 2006. pp.266-268 n.104.

Note: Sul verso una scritta illegibile di mano probabilmente dell'XI secolo; altre notazioni archivistiche: «1036»; «270»; «n°102»; «1036, 17 aprile».

Regesto:
Pietro, figlio del fu Cunizo fabbro, per la salvezza della propria anima e dell'anima di suo padre, dona al monastero dei Dodici Apostoli di Decomo tutte le sue proprietà poste in Colle di Loro, Polveraia, Pinolo e Rivo de Scandoraio.
Fatto nel monastero di Decomo.
Rogò Benedetto notaio dell'imperatore.

Originale:
(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille trigesimo sexto, regnante domno nostro Conradus gratia dei inperator agusto, anno inperis eius in Italia nono, quintodecimo Kalendas madii, indictione tertia.
Manifestus sum ego Petrus, filio bone memorie Cuniti qui fuit faber, quia per hanc cartula, pro anime me remedium et pro remedium anime suprascripti genitori meo et pro remedium omnium pecatorum meorum, per hanc pagina offersionis et rebus ereditatis meis offero, dono, cedo, trado tibi deo et eclesia et monasterio sanctorum Duodecim Apostulorum sicto loco et finibus Decomo id est omnia ex omnibus casis et rebus meis illis qua abeo in loco et finibus Colle di Loro, prope eclesia sancti Andree, et in loco Polveraria seo in loco Pinolo adque in loco Rivo de Scandoraio.
Ideo tam casis et rebus domnicatis quam et massariciis, cum fundamentis et omne etdificiis vel universis fabricis suis seo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, castanietis, quercietis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia et ex omnibus, qu[anta]s ubique in qualibet locis vel vocabulis ubicumque abere et po[side]re visus sum et mihi per quacumque ordinem legibus est pertinentes v[el] pertinere debent, tam ex iura parentum meorum quam et de aquisito meo, qui modo abeo et posideo et qualiter mihi in ereditatem et supcessionem pertinere videtur de suprascripto ienitor meo aut de ienitrice mea sive per quacumque scriptura cartarum aut per qua ordinem mihi est pertinentes, sicut superius legitur, ut dictum est, omnia in integrum cum inferioribus et superioribus suis seo cum acessionibus et ingressoras suas offero, dono, cedo hac trado omnipotenti deo et prefate eclesie et mo[nasteri]o sanctorum Duodecim Apostolorum, absque contraditionem homnium omin[um et sicut] eg[o] hanctenus possidere viso sunt eam quieto ordinem ut sit perp[etuum] futuarilis omnia et ex omnibus suprascripti casis et rebus meis ad potestat[em] …. et illos abbas seo fratrum monacorum qui ibidem pre tempore fuerit eas [aben]di adque posidendi iure proprietario nomine.
Et si quitcumque de eredibus me[is con]tra hanc cartula offersionis agere aut causare vel intentionare qua[libet] tempore seo minuare presubserit per quolibet ingenio et eas, de quas supra leg[itur], ad pars ipsius eclesie et monasterio defendere non potuerimus et non defensaverimus, tunc spondeo ego qui supra Petrus una cum meis eredibus conponere ad pars ipsius e[clesie] et monasterio et illos abbas seo fratrum monacorum qui ibidem pre tempore fuerit [et] ad eius posterisque subcessoribus suprascripti omnibus casis et rebus mei, que superius legi[tur], in duplum in ferquidem loco sub extimatione quales tunc fuerit, et insuper pe[na ar]gentum obtimum solidorum centum et insuper abeas domini dei et salvatori nostri Iesu [Christi maledi]tionem et contraditionem cum Iuda traditores et cum diabolus, qui ad e[as] ……tus est, abead retributionem ante tribunal Christi.
Quia in tali ordine [hanc cartula] offersionis Benedictus notarius domni imperatoris scribere rogavi.

Actum loco et [finibus D]ecomo ad suprascripto monasterio.
[Singnus] + manus suprascripti Petri, qui hanc cartula offersionis fieri rogavi.
[Sin]gnus + manus Ildebrandi et Vuidi que Corbulo vocatur, germani, filii b[one memorie] ………..
[Sin]gnus + manus Andree filio bone memorie Boniti, testis.
[Singnu]s + manus Vuiniti filio bone memorie Andree, testis.
[(S)] Benedictus notarius domni [imperatoris post traditam conplevi et dedi].

4 marzo 1039

Archivio Arcivescovile di Pisa. Diplomatico Fondo arcivescovile n.116.

Edizioni:
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano, Fonti 11,1], Ospedaletto 2006, n.106 pp.270-271.

Regesti :
CATUREGLI, *Regesto della chiesa pisana*, n.112.

Note:
Sul verso di mano del XII secolo: «Ad Clusia»; di mano del XVI secolo: «Non attiene all'arcivescovado»; varie segnature archivistiche: «1049»; «5»; «n°116»; «1049, 2 marzo».
Pergamena con diversi fore e rosicature lungo il lato destro.Per la datazione la formula «*quarto nono martii*» viene interpretata come *lapsus calami* per «*quarto Nonas martii*». L'imperatore Corrado II morì a Utrecht il 4 giugno 1039 e gli succedette il figlio Enrico III, per cui in nessun modo l'anno della datazione può essere successivo al 1039. Il 26 marzo 1027 Corrado II fu incoronato imperatore in Roma, per cui l'anno 12° del suo impero in Italia va dal 26 marzo 1038 al 25 marzo 1039. Il giorno 4 marzo 1039 cadeva nel 12° anno del suo impero in Italia e correva l'indizione 7ª.

Regesto:
Albizo figlio del fu […] e Albizio figlio del fu M[…] vendono a Bonizo del fu Bonio un pezzo di terra nel luogo detto A Le Celle nei confini di Clusia per il prezzo di 3 soldi d'argento.
Fatto a Nugola vicino al castello.
Rogò Benedetto notaio dell'imperatore.

Originale:
(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quadragesimo nono, regnante domno nostro Conradus gratia dei inperator agustoi, anno inperii eius in Italia duodecimo, quarto Nono martiis, indictione septima.
Manifesti sumus nos Albitio filio bone memorie […]ani et alio Albitio filio bone memorie M[…] quia per hanc cartula vindo et trado tibi Bonitio filio bone memorie Bonii id est una petia de terra illa iuris nostri, quam abemus in loco et finibus Clusia ubi vocitatur a le Celle. Quam ipsa petia de terra, tenentes ambas capitas in terra comitorum et ambas latera est tenemtes in terra Pustignanese. Ad suprascripta petia de terra i[n] eodem l[oco], qualiter ab onnis parte circumdata est per desingnata locas, in integrum cum inferioribus et superioribus suis seo cum acessionibus et ingressoras suas tibi eas venundamus et tradimus.
Pro quibus ad vos pretium recepit argemtum solidorum tres in prefinito.
Umde repromittimus nos qui supra Albitio et alio Albitio una cum nostris eredibus tibi qui supra Bonitio vel ad tuis eredibus aut eide omini cugi nos suprascripta mea venditio dederitis vel abere decreveritis, ut si n[os] vobis eas aliquando tempore in aliquo exinde intentionaverimus a[ut] rectolli vel suptragi quesierimus, nos vel ille omo cugi nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio, et si nos exinde autore dare volueritis et eas vobis ab onnis homines defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondimus nos vobis conponere suprascripta mea venditio in duplum in ferquido loco sub estimationem quales tunc fuerit.
Sic tamen si nos exinde autores nec defensore querere nec dare volueritis, licentia abe[atis abs]que nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causa agen[di, respo]nsum redendi, finem ponendi, modis homnibus vobis eas defensandi cum cartula ista vel qualiter iusta legem melius potueritis.
Quia in tali ordinem hanc cartula Benedictus notarius domni imperatoris scribere rogavimus.
Actum loco et finibus ubi dicitur Nuvila prope ipso castello.
Signus + manus suprascripti Albiti et alio Abitio, qui hanc cartula fieri rogamus.
Signus + manus Cosi filio bone memorie Benedicti testis.
Signus + manus Albiti filio bone memorie Andree testis.
Signus + manus Ardicioni filio bone memorie Dominichi testis.
(S) Benedictus notarius domni imperatoris post traditam conplevi et dedi..

13 maggio 1043

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 108.

Edizioni

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile I (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore (Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.110 pp.278-279.

Note

Sul verso di mano del XVI secolo: «Non si può lege»; notazioni archivistiche: «n° 108. 1044 13 maggio. 1044».
Manca l'escatocollo per uno strappo. Il nome del notaio si rileva dalla *rogatio*.

Regesto

Rodolfo del fu Anselmo riceve da Giovanni e Bonico, fratelli, preti e figli di Ildiza, sette soldi d'argento come merito in cambio della promessa di non molestare i detti fratelli e i loro discendenti nel possesso di una vigna posta in Valdiperga vicino alla chiesa di S.Andrea che essi hanno comprato da Gualdrada moglie del detto Rodolfo e figlia del fu Erolfo.
Fatto in [Cu]gnano vicino al castello.
[Rògò Ildebrado notaio dell'imperatore].

Originale

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quadragesimo quarto, tertio Idus madi, indictione undecima.
Manifestum sum ego Rodulfo filio bone memorie Anselmi, qui vos Iohannes et Bonicho germani, presbiteri filii Ilditie, dediste mihi merito de argentum denarii solidi septe.
Preterea per hanc repromissionis paginam repromitto vobis ut da admodum numquan ullo tempore non habemus potestatem neque licentiam, ego qui super Rodulfo neque meus eredes neque cui nos eas dedisemus aut dederimus[1] vobis qui supra germani vel ad vestris eredes aut cui vos dederitis vel habere decreveritis intentionandi nec subtragendi neque minuandi neque molestandi neque per placito factigandi nulla de una petia de terra et vinea vestra illa in loco et finibus Vualtiperga prope ecclesia sancti Andree, de quas tibi per cartula scripta ex manibus Ildebrandi notarii domni imperatoris ex conparationem obvenit da Vualderada muliere mea et filia bone memorie Erolfi.
De iandicta petia de terra et vinea iandicto loco et qualiter per memorata cartula ex comparationem obvenit et in cartula ipsa continere dinuscitur ut dictum est vobis exinde nulla intentionare nec subtragere neque molestare neque per placito factigare non debemus.
Unde repromitto ego qui supra Rodulfo una cum meis eredibus vobis qui supra Iohannes et Bonicho germani presbiteri vel ad vestris etredibus aut cui vos dederitis vel adbere decreveritis, ut si nos vobis de quos vobis supra promisi aliquando tempore in aliquo exinde intentionaverimus aut rectolli vel subtragi quesierimus nos vel ille omo cui nos eas dedisemus aut dederimus vel si aparuerut dato aut facto de suprascripte Vualderade muliere mea qui me consentientes fecise qui contra vos agere aut causare vel intentionare sive per placito factigare presumserimus per nosmet ipsis vel per ulla nostra persona per quodlibet ingenio et eas vobis de quas vobis supra promisi[2] ab omni omine defendere non potuerimus et non defensaverimus, tunc spondeo[3] ego qui supra Rodulfo una cum meis eredibus conponere vobis qui supra Iohannes et Bonicho, germani, presbiteri, vel ad vestris eredibus aut eide[m o]mini qui hanc promissio per manibus abuerit et eum [nobis] ostenderit penam argenti obtimi solidi quadrain[ta].
[Qui]a in tali ordine et hunc promissio Ildeprandus [notarius] domni inperatoris scribere rogavi.
Actum loco et finibus [Cu]ngnano prope [ipso] castello.
[Signum manus Rodul]fi qui hunc promissio fieri rogav[i].
.... testis.
…………….
[(S) Ildebrandus notarius domni imperatoris.]

Osservazioni:

[1] derimus.
[2] promis.
[3] sondee.

Trattando di Rodolfo del fu Aselmo degli Anselminghi e di beni posti in Valdiperga, è molto probabile che il nome lacunoso del castello, luogo del contratto, di cui si parla si debba integrare in *[Cu]ngnan*o.

17 aprile 1046

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 110.

Edizioni:
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.114 pp.288-290.

Note. Sul verso di mano del XIV secolo: «Carte terre sancte Marie ad Finem»; notazioni archivistiche: «n° 110. 1046 17 aprile. 1046. 40».
Pergamena con un'ampia lacerazione nella parte inferiore del lato destro, una rosicatura, chiazze di muffa e di umido.

Regesto:
Andrea del fu Teperto detto Teuzo dona, per la salvezza della propria anima, alla canonica e alla pieve di santa Maria, san Giovanni e san Michele a Fine tutte le case e altri beni che possiede nei confini di Pineto e altrove.
Fatto a Fine presso la chiesa di santa Maria, san Giovanni e san Michele.
Rogò Corrado notaio dell'imperatore.

Originale:
(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quadragesimo sexto, quintodecimo Kalendas madii, indictione quartadecima.
Manifestu sum ego Andrea filio bone memorie Teuperti que Teutio vocabatur quia per hanc cartula pro anime mee remedium offero tibi deo et ecclesia canonice et plebem sancte Marie et sancti Iohannis et sancti Michaeli, quod est plebem baptismalis, qui est fundata et constructa seo edificata in loco et finibus ubi dicitur A Ffine, idest homnia et ex omnibus casis et rebus meis illis quam abeo in loco et finibus Pineto sive per aliis locis et vocabulis.
Rebus vero ipsis ideo, tam casis et rebus domnicatis quam et casis et rebus massariciis, cum fundamentis et omnem edeficiis cum fundamentis vel universis fabricis suis seo curtis, ortalias, terris, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis brebus vel incultis sive mobile et inmobile quacumque res in qualibet locis vel vocabulis ubicumque abere et possidere visu sum et mihi per quocumque ordinem legibus est pertinentes aut pertinere debentur tam ex iure[1] parentum meorum quam et aquisito meo quas modo abeo vel quod in antea deo adiubantem legibus acquisiero aut udemcumque mihi esset inventus, ut dictum est, homnia in integrum cum inferioribus et superioribus suis seu cum accessionibus et ingressoras suas, tibi deo et ecclesia sancte Marie et sancti Iohannis Baptiste et sancti Michaelis offerre prevideor, tali ordine ut ab odierna die omnibus iamscriptis casis et rebus, que superius legitur, sint potestatem eas abendi tenendi inperandi gubernandi laborare faciendi et adusumfructuandi a ppars iamscripte ecclesie et ad eiusque rectoribus, cum cartula ista offersionis vel qualiter iusta legem melius potueritis, pro anime mee remedium, stabilem permanead semper.
Et si aliquando tempore ego qui super Andreas vel meis eredes tibi deo et prefate ecclesie sancte Marie et sancti Iohannis et sancti Michaelis vel eiusque rectoribus in aliquo exinde intentionaverimus aut retolli vel subtrai quesierimus, nos vel ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per colibet ingenio et eas homnia qui super legitur a ppars iamscripte ecclesie domini ab omn[is] omines defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego qui super Andreas una cum meis eredibus conponere tibi deo et prefate ecclesie domini et sancte Marie et sancti Iohannis Baptiste et sancti Michaelis vel eiusque rectoribus in duplum in ferquidem loco sub estimatione quales tunc fuerint.
Et si quislibet omo masculum vel femina omnibus iamscripti casis terris et rebus movilibus et inmovilibus, quas ipsius ecclesie domini offeruit, tollere aut minuare vel delere voluerit, delead eum deus omnipotens de libro viventium et cum iusti non scribatur[2], fiant particeps cum Dathan et

---
[1] ure.
[2] scibatur.

Abiron qui aperuit terra et deglutivit eos, fiat socios cum [Ana]nia et Sathira qui fraudaverunt pecuniam domini sui et sis d[emersus] de altitudo in profundum inferni, sit deprensus cum Simon Magus, qui gratia sancti spiritus venundare voluit, sit socium cum Iuda Scariothis qui propter cupiditatem[3] vendidit dominus et magistrum ssuum et insuper abeat domini et salvatoris nostri Iesu Christi maledictionem et cum Iuda traditore abeat retributione[4] et da trecentum decem et octo sanctorum patrum, sed sit separatus a consortio omnium iustorum, ut in die iudicii a teribunal Christi non resurgat.
Sic tamen sic nos exinde auctores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis absque nostra persona a ppars iamscripte ecclesie domini defensandi cum cartula ista offersionis vel qualiter iusta legem melius potueritis.
Quia in tali ordinem anc cartula offersionis Cuneradus notarius domni imperatoris scribere rogavimus.
Actum in iamscripto loco prope ecclesia sancte Marie et sancti Iohannis et sancti Michaelis.
Signum manus iamscripti Andree qui anc cartula fieri rogavi.
Signum manus Ildebrandi filio bone memorie Ildit[ii ....].
Signum manus Vivoli filio bone memorie Oddi[mundi[?] ....].
Signum manus Rustichelli filio bone memorie ....
Signum manus Gerardi filio bone memorie Gotiti t.........
(S) Cuneradus, notarius domni imperatoris, post [traditam complevi et dedi].

[3] cuditatem.
[4] retributine.

18 aprile 1046

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 2486.

Edizioni:

M.STOFFELLA, *Nuove forme di raccordo politico nel* comitatus *di Pisa: il monastero dei Dodici Apostoli di* Decumo *e i suoi benefattori nella prima metà del secolo XI*, Bollettino Storico Pisano 72(2003), pp.166-8.

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Eitore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.115 pp-291-294.

Note:

Copia autentica del secolo XII. Sul verso di mano del XIV secolo: «donatio facta archiepiscopatui Pisano de monte Rotaio et de ecclesia sancti Ilarii positis in confinibus Rasignani»; di mano dei secoli XII-XV: «carta concessionis ..... de monte Rotaio»; mano successiva: «n. 176»; notazioni archivistiche: «n° 2486. 1407 18 aprile. 1047. R. XXXVI. n° 29.. Pergamena in ottimo stato di conservazione.

Regesto:

Pietro detto Rustichello e Ildebrando notaio detto Bonichello, fratelli e figli del fu Anselmo, donano alla chiesa di santa Maria di Pisa la loro parte, che consiste in due trentaseiesimi, del monte e del castello di Rosignano, posto nel luogo detto Monte Rotaio, con le mura, la torre e la carbonaia (fossato), e con la chiesa intitolata a sant'Ilario. Donano inoltre inoltre la loro porzione, che è due terzi, di una cascina posta nel luogo detto "Ad Muricia" vicino alla chiesa di san Giorgio, e di un'altra cascina posta a Cugnano vicino al castello, con tutte le loropertinenze.
Fattonel castellodi Castiglioecello vicino al lido del mare.
Rogò Ranieri notaio della sede apostolica.

(S) Exemplar
In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius millesimo quadragesimo septimo, quartodecimo Kalendas madii, indictione quartadecima.
Manifesti sumus nos Petrus qui Rustichello vocatur et Ildebrandus notarius domni imperatoris qui Bonichello vocatur, germani filii bone memorie Anselmi, quia per hanc cartulam pro anime nostre remedium et pro remedium anime bone memorie Anselmi qui fuit genitor nostro seu remedium anime bone memorie Albithe, qui fuit genitrice nostra, offerimus deo et ecclesia et episcopatu sancte Marie Pisense idest nostram portionem exintegram de monte et podio seu de castello in loco et finibus Rasingnano ubi dicitur Monte Rotaio cum nostram portionem exintegram de ecclesia illa cui vocabulum est beati sancti Ilarii ibi consistente.
Quas iamscripto monte et podio seu castello est tenentes uno capo cum uno lato in via que vadit de ipso castello usque ad Fontanas pertinentes ad ipso castello et alio capo tenet in terra que fuit de plebani et alio lato tenet in rio.
De as suprascripto monte et podio seu castello et de iamdicta ecclesia, qualiter ab omni parte circumdata est per designata loca, cum mura et turris seu carbonaria circuito ipso castello competit exinde nobis de triginta et sex potionis duo portiones.
Ipsis vero nostris portionis exinde integris, cum inferioribus et superioribus suis seo cum accessionibus et ingressoras suas et cum via ambulandi et egrediendi de ipso castello usque in via publica, tibi deo et iamdicte ecclesię et episcopatui sanctę Marię offerimus, donamus ac tradimus.
Item offerimus ac donamus et tradimus tibi deo et iamscripta ecclesia et episcopatui sancte Marie Pisense idest cassina et res iuris nostra illa massaricias quam abemus in loco et finibus ubi dicitur ad Muricia prope ecclesia sancti Georgii, quas Martino massario filio bone memorie Iohannis ad manum suam abere et detinere videtur. Cassina et res vero ipsa cum fundamento et omne edificio seu curte et orto, terris, vineis, olivis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, omnia ex omnibus rebus quas iamscripta cassina et res massaricias est pertinentes vel aspicientes et ad iamscripto Martino massario et exinde ad laborandum ad manum suas abere et detinere videtur, in integrum cum inferioribus et superioribus suis seu cum accessionibus et ingressoras suas tibi deo et fatta ecclesia episcopatui sancte Marie Pisense offerre previdemur.

Item offerre previdemur tibi deo et predicta ecclesia episcopatu sancte Marie idest nostris portionis ex integris de cassina et iuris nostri illa massaricias quam abemus in loco et finibus Cungnano prope ipso castello, quas Iohannes massario filio bone memorie Oriti ad manus suas abere et detinere videtur. De cassina et res vero ipsa cum sua pertinentia competit exinde nobis duos portionis.
Ipsis vero nostris portionis exinde integris cum inferioribus et superioribus suis seu cum accessionibus et ingressoras suas, tibi deo et prefata ecclesia domini et episcopatu sancte Marie Pisense, absque contradictionem omnium hominum, sicut nos actenus possidere visi sumus, ea quieto ordinem, ut sint perpetualiter iamscripta nostram portionem de iamscripto monte et podio seo de castello et de ecclesia seo mura et turris, sicut superius legitur, et predicta cassina integra et res massaricias et predictis nostris portionis de iamscripta alia cassina et res massaricias, que superius legitur, ad potestatem iamscripte ecclesia et episcopatu sancte Marie Pisense abendi tenendi possidendi atque defensandi iure proprietario nomine.
Et si quiscumque de eredibus nostris contra hanc cartula offersionis agere aut causare vel intentionare sive minuare presumserit quocumque tempore per colibet ingenio et omnia eas, de quas superius legitur, ad pars ipsius ecclesie episcopatu sancte Marie Pisense et ad episcopus, quis ibidem pro tempore ordinatus fuerit vel eius successori, omnia in duplum in ferquidem loco sub exstimatione qualis tunc fuerit et insuper penam argentum optimum libras quinquaginta et insuper abeat maleditionem domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi et parte cum Iuda Scariothis, qui vendidit dominus et magistrum, fiat socium cum Anania et Safiram, qui fraudaverunt pecuniam domini sui, sit deprensus cum Simon Magus, qui gratiam sancti spiritus venumdare voluit, sit separatus ad consortium omnium iustorum ut in die iudici non resurgat numero illorum qui ipsis que superius legitur iamscripte ecclesie tollere aut minuare voluerit.
Quia sic complacuit animo nostro et pro confirmatione Cuneradus notarius domni imperatoris scribere rogavimus.
Actum loco et finibus Castilione prope litore maris et infra ipso castello.
Signus domini iamscripti Petrus qui Rustichello vocatur, qui hanc cartulam offertionis fieri rogavi.
(S) Ildebrandus notarius domni imperatoris in ac cartula a me facta subscripsi.
(S) Bernardus iudex domni imperatoris subscripsi.
Singnus dominis Rodulfi filio bone memorie Anselmi testes.
Singnus Ildebrandi filio iamscripti Rodulfi Testes.
Signus dominis Bonithi filii bone memorie Andree testes.
(S) Cuneradus, notarius domni imperatoris, post traditam complevi et dedi.
(S) Ego Rainerius, notarius apostolice sedis, autenticum huius vidi et legi, unde hanc exemplar tracta est, et exemplavi.

Osservazioni:
Pietro detto Rustichello e Ildebrando notaio detto Bonichello, fratelli e figli del fu Anselmo, sono dlla famiglia degli Anselminghi. Qui risultano essere proprietari di 2/36 del castello e *curtis* di Rosignano, cioè di 1/36 ciascuno.
Rodolfo del fu Anselmo, che fa da testimone in questo contratto è il terzo fratello della famiglia. Testimone è anche suo figlio, Ildebrando figlio di Rodolfo. Se anche Rodolfo del fu Anselmo, che non dona nulla in questa occasione, era proprietario di 1/36 del castello e *curtis* di Rosignano, allora si potrebbe concludere che il loro padre, il defunto Anselmo, era stato proprietario di 3/36, cioè 1/12 di quel castello e *curtis*. Anche per le due cascine donate, una a Muricia e una a Cugnano, si può immaginare che i tre fratelli fossero proprietari al cento per cento, avendo ereditato dal padre, e i due fratelli donatori donano 1/3 ciascuno, cioè i 2/3 della proprità.

5 marzo 1047

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 111.

Edizioni:
A.F.MATTEI, *Ecclesiae Pisanae historia*, I, Lucca 1768appendice n.3 pp.5-9.
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Paini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano, Fonti 11,1], Ospedaletto 2006, n.116 pp.294-297.

Note: Sul verso di mano dei secoli XVII-XVIII: «Donatio facta ecclesie sancte Maria de Fine per episcopum pisanum»; di mano del secolo XVII: «193»; «1046»; «n°114»; di mani del secolo XVIII: «n° 111»; «1046, 5 marzo».
Presenta numerose rosicature e un taglio sul margine superiore e numerosi fori all'interno. Lacerazioni e assottigliamenti in corrispondenza delle vecchie piegature, cioè tre orizzontali e tre verticali.

Regesto:
Il vescovo di Pisa Opizzo, per la salvezza dell'anima propria e dell'anima dei suoi predecessori e successori, dona alla chiesa di santa Maria, san Michele arcangelo e san Giovanni Battista a Fine la chiesa stessa di santa Maria san Michele e san Giovanni Battista, tutte le sue proprietà poste nel *circuitu* della detta chiesa, la chiesa di san Pietro apostolo nel luogo detto Pineto, con tutti i suoi diritti e pertinenze e le decime dovute da Oriperto del fu Stefano ed eredi per dei beni posseduti a Cascina nel luogo detto Donoculta.
Fatto in Pisa.
Rogò Ranieri notaio dell'imperatore.

Originale:
In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quadragesimo septimo, regnante domno nostri Emrigo tertio gratia dei imperator augusto, anno imperii eius in Italia primo, tertio Nonas martii, indictione [quintadecima].
Manifestus sum ego Opitio gratia dei humilis episcopus sancte Marie Pisane ecclesie quia per h]anc offertionis cartula] pro anime męę remedio seu per remedio anim[arum omnium episcoporum antec]essor[um] seu suc[ces]sorum meorum, offero, dono, cedo, trado omnipotenti deo [et ecclesie sancte Marie] semper virginis et sancti Michaelis Archangeli et sancti Iohannis Baptiste, qui est fundata et edificata in comitatu [de Pisa], ipsa ecclesia sancte Marię et sancti Michaelis et sancti Iohannis [site] loco et finibus Colline ubi dicitur 'A Ffine', quod est plebe, quem plebem ipsam esse videtur sub regimine et potestate suprascripte ecclesie episcopatui nostro sanctę Marię.
Similiter offero omnipotenti deo et sancte Marie et sancti Michaelis et sancti Iohannis idest omnibus rebus et territoriis illis que sunt in circuitu ipsius ecclesię sancte Marie, tam cultis quam et incultis seu pratis et sterpetis ad eas pertinentibus, tenentes unum caput in terra Lamberti et Vuidi germani filii bone memorie item Lamberti, et alio caput tenet in terra Rudulfi filii bone memorie Domnuci et in terra predictę ecclesię sancte Marie quas filii quondam Rodilandi detinent, lato uno tenet in rio qui dicitur Fine, et alio lato tenet in terra suprascripti Lamberti et Vuidi germani.
As suprascriptis terris et rebus, que superius legitur, qualiter ab omni parte circumdata est per designatas locas in integrum cum inferioribus et superioribus suis seu cum accessionibus et ingressoras suas omnipotenti deo et sanctę Marie virginis et sancti Michaelis et sancti Iohannis offerre prevideor cum ecclesia illa cui vocabulum est beati sancti Petri apostoli, que est edificata in loco Pineto, cum omnibus casis et cassinis seu rebus movilibus et inmovilibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, videlicet de omnibus offertis et oblationibus seu decimationibus vel mortuorum et quicquid ad eam ecclesiam quocumque modo pertinere videtur, omnipotenti deo et sanctę Marię et sancti Michaelis et sancti Iohannis offerre previdеor.
Necnon et decimationem Oriperti filii bone memorie Stephani et de suis eredibus, quam habeo apud Cassinam ubi dicitur Donoculta, dono.
Similiter offero omnipotenti deo et sancte Marię virginis et sancti Michaelis et sancti Iohannis idest offertas et oblationes seu mortuorum et omnes decimationes et cum omnibus casis et rebus seu movilibus et inmovilibus seu servos et nutriminibus, quicquid ad ipsam ecclesiam sancte Marie pertinet vel antea pertinere debent omnipotenti deo et sancte Marie virginis et sancti Michaelis et sancti Iohannis Baptiste ego qui supra Opitio episcopus, pro remedio anime męę seu pro remedio animarum omnium episcoporum anticissorum et successorum meorum offerre prevideor.
Et ego qui supra Opitio episcopus volo et firmiter in hac pagina offertionis constituo ut deinceps in antea fratres canonicos Petrus, presbyter et prepositus, et Bonitio, germani, et Stephanus et Andreas, presbyteri, ceterique alii qui in eadem ecclesia militant vel militaturi sunt ad ordinem et regulam canonicorum vivant et

regant omni tempore; et omnibus casis et rebus suprascripte ecclesie cum sua pertinentia seu movilibus vel immovilibus, qualiter superius legitur, ad suprascripta ecclesia sancte Marie pertinent aut in antea pertinentes fuerint, habeant et teneant seu permaneant in illis servis servorum dei, qui modo ordinati sunt aut in antea secundum regulam canonicorum ordinati erunt, et vivant et distribuant ad usum et fratrum sumptum canonicorum.
Verumtamen ego qui super Opitio episcopus et meos successores non habeamus potestatem neque licentiam de suprascripta ecclesia sanctę Marie et sancti Michaelis et sancti Iohannis de omnibus movilibus et immovilibus quicquid ad suprascripta ecclesia pertinent aut pertinentes erunt, neque tollere neque minuare neque commutare neque per libellum facere neque in beneficio dare neque per nullum ingenium ab ordine canonicorum alienare.
Ego qui supra Opitio episcopus reservo in mea potestate meorumque successorum malos prepositos eiciendos et bonos mittendos cum consilio et voluntate fratrum, secundum regulam canonicorum.
Et si ego qui supra Opitio episcopus vel meos successores contra hanc paginam offertionis venire quocunque tempore temptaverimus aut eam infrangere vel disrumpere quesierimus, et si non permanemus sicut supra legitur, tunc sim compositurus ego qui super Opitio episcopus vel mei successores vobis qui super Petrus prepositus seu Bonitio germani et Stephano atque Andrea presbyteri vel a posterisque subcessoribus vestris, parti suprascriptę ęcclesię et plebi sancte Marie et sancti Michaelis et sancti Iohannis Baptiste, penam auri optimi libras centum et post penam datam hanc cartulam offersionis omni tempore in sua permaneat firmitate et robore sub suprascripta pena, obligationem.
Et insuper habeat maledictionem omnipotentis dei eiusque genitricis cum omnibus sanctis et sancte qui hoc infrangere quesierit, sive rex aut dux seu marchio aut episcopus sive vicecomes aut ulla alia humana persona.
Si quis autem, nostre constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire temptaverit, ammonitus secundo tertiove sine satisfactione digna emendaverit, sciat se reum de perpetrata [iniquitate] nec vivus munera capiat nec mortuus supulturam habeat.
Anc enim cartula offersionis meę Raineri notarius domni imperatoris a conscribendum dedi atque rogavi. In qua etiam supter confirmantes testibus optuli ad roborandum.
Actum Pise.
+ Ego Oppizo, Pissensis episcopus, in hac offersionis cartula a me facta subscripsi et manu propria confirmavi.
Ego Leo iudex domni imperatoris subscripsi.
Vuido notarius domni imperatoris rogatus testis subscripsi.
Simgnum manus Lamberti filio bone memorie Rodolandi testis.
Ego Lambertus iudex sacri palatii subscripsi.
Simgnus manus Gerardi vicedominus filio bone memorie Ildebrandi testis.
(S) Raineri notarius domni imperatoris pos traditam complevi et dedi.

Osservazioni

Si tratta di un falso del XII secolo, come è stato dimostrato Nino Mastruzzo, secondo qunto rièrtato da Antonella Ghignoli in *Op.cit*., pp.294-295.

13 maggio 1057

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 126.

Edizioni:
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. A. **GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.128 pp.324-326.

Note:
Sul verso di mano del secolo XVII: «1058»; «226»; «Contiene la donatione fatta da Bonuccio di Domenico Bonucci al monasterio de Dodici Apostoli posito nei confini di Cumone l'anno 1059»; di mano del XVIII secolo: «n°37»; «n° 126»; «1059, 13 maggio».
La pergamena presenta strappi agli angoli superiori, fori, rosicature, chiazze di umidità.

Regesto:
Bonizo del fu Domenico, per la salvezza della propria anima e dell'anima di suo padre, dona alla chiesa e monastero dei Dodici Apostoli, situato nel luogo detto Decummo, una vigna posta in Torciano.
Fatto in Torciano.
Rogò Gherardo notaio dell'imperatore.

Originale:
(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quinquagesimo hoc[tavo], tertio Idus magi, indictione decima.
Manifestus sum ego Bonitio filio bone memorie Dominichi quia per anc cartula, pro anime mee remedium et pro anime remedium quondam Dominichi, qui fuit genitor meus, offero tibi deo, eclesia domini et sanctorum et Duodeci Apostolorum et monasterio, et est fundato et dificato in loco et finibus Decummo, id est una petia de terra iuris mea quod est vinea, quam abeo in loco et finibus ubi dicitur Torsciano; quas ipsa petia de terra, quod est vinea, est tenente uno capo cum uno lato in terra Lamberti et Vuidi germani filii bone memorie Lamberti, qui fuit comes, et alio capo tenet in terra Vuidi filio bone memorie Rodulfi, et alio lato tenet in terra Comitorum.
As suprascripta petia de terra, quod est vinea, in eodem locho qualiter ab onnis parte circumdata est per designatas locas, in integrum cim inferioribus et superioribus suis seu cum accessionibus et ingressoras suas tibi deo, ipsius eclesia et monasterio domini et sanctorum et Duodecim Apostolorum offere previdеor tali ordine, ut ab odierna die de predicta petia de terra, quod est vinea, que superius legitur, sin potestatem eas abendi, tenendi, possidendi, inperandi, gubernandi, laborare faciendi et usumfruntuandi et si oportum fuerit causas exinde agendi, querimonia faciendi, responsum redendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi ad pars ipsius eclesia et monasterio domini, Sanctorum et Duodecim Apostolorum, cartula ista offersionis vel qualiter iusta lege mmelius potueritis, pro anime mee remedium et pro anime remedium Dominichi, qui fuit genitor meus, stabilem permanead semper.
Et si aliquando tempore ego qui supra Bonitio vel meus eredes tibi pro vestro eclesia et monasterio Duodeci Apostolorum suprascripta petia de terra, quod est vinea, quas ipsius eclesia offeruit, aliquando tempore in aliquod exinde intentionaverimus aut retolli vel suptragi quesierimus, nos vel ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio, et eam a pars ipsius eclesia sancti et monasterio Duodeci Apostolorum defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego qui supra Bonitio una cum meis eredibus conponere ad pars ipsius eclesia Duodeci Apostolorum suprascripta petia de terra, quod est vinea, que superius legitur, in duplum in ferquidem loco sub estimationem quales tunc fuerit.
Si quitlibet omo masculum vel femina de suprascripta petia de terra, quas ipsius eclesia domini et Duodeci Apostolorum offerunt, tollere aut minuare vel suptragere sive alienare aut delere voluerit, debeant ei deus nomem eius de libro viventio et cum iusti non scribantur, fiat participes cum Datham et Abiron, qui aperuit terra et os sum et declutivit eos, fiant socium cum Anania et Safiram, qui fraudaverit pecunia domini sui, et sit depreensum cum Simon Magus, qui gratia sancti spiritus

venundare voluit et demersus de altitudinem celi et in profundo in inferni et socium cum Iudas Scariot sint, qui propter cupiditatem vendidit dominus et maistro suum, cum diabolus, qui in infernum ligatus est, exinde abead ratione et maledictione dei et da trecentum decem et octo patri sancti et sit separatus ad consortium omnium hiustorum ut in die iudicii ante domini tribunal non ressurgat in numero illorum.
Si tamen, si nos exinde auctores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis apsque nostra persona ad pars ipsius eclesia et monasterio domini et Duodeci Apostolorum cartula ista offersionis defensandi.
Quia in tali ordinem anc cartula offersionis Gherardus, notarius domni imperatoris, scribere rogavi.
Actum loco et finibus Torsciano.
Singnus + manus suprascripti Boniti, qui anc cartula offersionis fieri rogavi.
Singnus + manus Boniti filio bone memorie item Boniti testes.
Singnus + manus Eriti fili bone memorie Bonii testes.
Singnus + manus Baroni fili bone memorie Alboni testes.
(S) Gherardus, notarius domni imperatoris, pos traditam complevi et dedi.

Osservazioni:
Guido di Rodolfo potrebbe essere il figlio di Rodolfo di Anselmo degli Anselminghi.
Lamberto e Guido, fratelli e figli del fu Lamberto che fu conte, sono della famiglia deiConti di Pisa.
Terra Comitorum, Terra dei Conti: terra indivisa della famigla dei Conti di Pisa in Torciano, indice di possessi antichi.

13 febbraio 1058

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo Arcivescovile n. 125.

Edizioni:
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A. GHIGNOLI,** Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.129 pp.327-329.

Note:
Sul verso di mano del secolo XI-XII: «Ad Varignano et Colle Alto»; di mano del XVII secolo: «1058»; «190»; di mano del XVIII secolo: «13 febbraio»; «n° 125»; «1058, 13 febbraio».
La pergamena presenta rosicature sul margine destro e sul margine inferiore.

Regesto:
Ghisla del fu Tebaldo, vedova di Bombello e adesso moglie di Cenamello, per la salvezza della propria anima e dell'anima del defunto Milotto, figlio suo e di Duncio, dona alla chiesa e monastero dei Dodici Apostoli sito a Decumo la propria porzione della chiesa di santo Stefano sita a Collorli e di tutti i beni a essa pertinenti, e la sua porzione di 6 case, cascine e casalini, 2 posti a Valignano e 4 posti a Collalto.
Fatto nel castello di Segalari.
Rogò Lanfranco notaio della sede apotolica.

Originale:
(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quinquagesimo octavo, septimodecimo Kalendas marti, indictione undecima.
Santo autem venerabilis monasterio domini et sanctorum Duodecim Apostolorum, qui est fundato et dificato in loco et finibus ubi dicitur Decumo, ubi nunc donnus Pagano abbas presens esse videtur, ego quidem inde nomine Ghisla, mulier Cenamelli et relicta qui fuit quondam Bonbelli, et filia bone memorie Tebaldi, quia consentientes mihi predicto Cenamello vir meus, ubi ese secundum legem interesse videtur notitia Ildebrandi iudex donni imperatoris, ad quibus secundum legem interrogata et congnita sum ego quod nullam me passa sin violentia, sed pura ex integram mea bona voluntas sequenter etdicti paginam, consentientes mihi suprascripto vir meus, per anc cartula pro anime me remedio et pro remedio anime Miloccti, qui fuit filio meo et filio bone memorie Donuci, offero tibi deo et a predicta etclesia et monasterio id est meam portionem ex integram de eclesia illa cui vocabulum est beati sancti Stefani, et est costructa et dificata in loco et finibus ubi dicitur Collorli, et cum mea portionem de omnibus casis et terris et rebus illis qui eandem eclesia sunt pertinentibus vel aspicientibus.
Seo offero et trado tibi deo et iamdicte eclesia et monasterio id est meam portionem de sex inter casis et cassinis seo casalinis, duo ex ipse sunt posites in loco et finibus Valignano, una ex ipse quod est cassina qui recta et laborata esse videtur per Lario et modo regere videtur per Vitali massario, et ille secunda quod est casalino qui recto ian fuit per Dominicho et modo regere videtur per Andreas massario, et quatuor ex ipse sunt posite in loco et finibus Collalto, quod sunt casalinis, una qui ian recta fuit per Teptio et modo regere videtur per Vuido et per Ocdo, et ille secunda qui ian recta fuit per Becto et modo regere videtur per Martino, et ille tertio qui ian recto fuit per Petro presbitero et modo regere videtur per alios Iohannes presbitero et per predicto Martino, et ille quarto qui ian recto fuit per Teperto et modo regere videtur per Iohannes et Vuido presbiteros.
Cassina et casalinis et res vero ipsis cum fundamentis et onnem etdificiis vel universis fabricis suarum seo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, castanietis, quercetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis et rebus vel incultis, onnia ex omnibus casis et terris et rebus illis, quantas ubique in qualibet locis, qui as suprascripta meam portionem de predicta cassina et de iandicti casalinis et de suprascripta eclesia sun pertinentibus vel aspicientibus et suprascripti denominati ominibus massari exinde ad laborando ad manum suarum abere et detinere videtur, quas mihi obvenit tan per donationis cartula quam et per vendictionis sive per morincap ex parte quondam Bonbelli, qui fuit anteriore vir meus, ut dictum est, meam portionem de omnibus suprascripti rebus, que superius

legitur, consentientes mihi suprascripto vir meus, tibi deo et predicta etclesia offerre previdеor tali ordine, ut da admodum in predicto monasterio sin potestate eas abendi, tenendi, inperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi et vobis eas privato nomine abendi et usumfructuandi et si opportum fuerit causas exinde agendi, queremoniam faciendi, responsum redendi, finem ponendi, modis onnibus vobis eas defensandi a pars suprascripta eclesia et monasterio cum cartula ista offersionis vel qualiter iusta legem melius potueritis stabile permaneat senper.
Et si aliquando tempore de meam portionem de omnibus suprascripti casis et terris et rebus illis seo de meam portionem de predicta eclesia, [que] superius legitur, aliquando tenpore in alicho exinde intentionaverimus aut rectolli vel suptragi quesierimus nos [vel ille] omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per collibet ingenio, et eas omnia que superius legitur a pars suprascripta eclesia et monasterio defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego qui supra Ghisla, consentientes suprascripto vir meus, [una] cum meis eredibus, conponere a pars suprascripta eclesia et monasterio domini et sanctorum Apostulorum in duplum in ferquidem loco sub estimationem qua[les tunc] fuerit et insuper penam arigentum optimum libras triinta.
Sic tamen si nos exinde auctores nec defensores querere ne da[re volueri]tis, licentiam abeatis apsque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum redendi, finem ponendi, [modis onni]bus vobis eas defensandi a pars suprascripta eclesia, cum cartula ista offersionis vel qualiter iusta legem melius potueritis.
Quia in tali ordine an[c cartula] offersionis Lanfrancus notarium apostolice sedis scibere rogavi.
Actum loco et finibus Segalare infra ipso castello.
Singnus manus suprascripte Ghisle, consentientes mihi suprascripto vir meus, qui anc cartula fieri rogavi.
(S) Ildebrandus, iudex domni imperatoris, interfui.
Singnus manus Uberti filio bone memorie Cuniti testes.
Singnus manus Tebaldi filio bone memorie item Tebaldi testes.
Singnus manus Alberti filio bone memorie Saxsi testes.
Singnus manus Bonati filio bone memorie Termi testes.
[(S) Lanfran]cus, notarius apostolice sedis, pos tradita conplevi et dedi.

3 gennaio 1059 a

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 127.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Antiquitates Italicae Meddi Aevi, III,* Milano 1740, colonne 1083-6.

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto 2006, pp.329-331 n.130.

Note:

Sul verso di mano del secolo XI: «Cartula de Nuvila»; di mano del XIII secolo: «Nescio si ista erunt vobis necessaria»; di mano del XIV secolo: «Nubila. Donatio facta archiepiscopatui de castro Nubile …»; di mano del XVII secolo: «256»; «1039»; «…3»; di mano del XVIII secolo: «n° 19»; «n° 127»; «3 gennaio 1059».

La pergamena presenta rosicature lungo il margine superiore e nella parte inferiore del margine destro e numerose macchie di muffa che rendono qua e là illeggibile il testo.

Regesto:

Uberto del fu Leo, per la salvezza della propria anima, dona all'arcivescovato di Pisa e al vescovo Opizo la propria porzione, cioè un sesto, del castello e del poggio di Nugola, con la chiesa edificata all'interno del castello, che aveva acquistato dai fratelli Ugo ed Enrico figli del merche Uguccione.
Fatto fuori dalle mura di Pisa presso il fiume Arno.
Rogò Corrado notaio dell'imperatore.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quinquagesimo nono, tertio Nonas ianuarii, indictione duodecima.

Sancto autem venerabilis ecclesie episcopatui sancte Marie Pisense, ubi nunc donnus Oppitio episcopus reverentissimus preesse videtur, ego quidem Uberto filio bone memorie Lei per anc cartula offersionis, pro anime mee remedium et pro remedium animarum omnium qui uius cepte rei adiutores estiterunt, offero tibi deo et a predicta [eclesia episcopa]tui sancte Marie id est meam portionem ex integram de castello et poio illo, que dicitur Nuvila, seo curte [de predicto ca]stello et nostra portionem ex integram de eclesie ille [que sunt in]fra ipso castello edificate, cui vocabulum est beate sancte Marie et sancti Michaeli et sancti Martini, et cum meam portionem de omnibus rebus movilibus et inmovilibus, que a suprascripta curte sunt pertinentibus. Et est ipso castello et poio seu curte posita infra comitato nostro Pisano.

Rebus vero ipsis ideo tam de casis et rebus donicatis quam et de massariciis, cum fundamentis et omnem etdificiis vel universis fabricis suis seo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, castanietis, quercetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis et rebus vel incultis seo piscareis, de omnia ex omnibus rebus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis, que a suprascripto castello et poio seo curte sunt pertinentibus, competi exinde mihi de duos portionis quartam portionem, quas mihi per duo cartule scripte sunt manibus Ugoni et Vuidoni notarii domni imperatoris ex comparationem opvenit ab Ugo et ad Henrichus germani filii bone memorie Ughicioni, qui fuit marchio.

Iamdictam meam portionem de predicti rebus in iamdicto loco et qualiter mihi a suprascripti germani per memorate cartule ex comparationem opvenit et in cartule ipse comtinere dinoscitur, ipsa vero meam portionem exinde integram cum inferioribus et superioribus suarum seo cum accessionibus et ingressoras suarum et cum suprascripte cartule et moniminas seo exemplar exinde pertinentes, quas vos eximde abere et ostendere potueritis, tibi omnipotenti deo et eclesie etpiscopatui sancte Marie offero, dono, cedo, trado, ut sint iure proprietario nomine a predicta eclesia etpiscopatui abendi, tenemdi, aiendi, causandi a ppars predicte eclesie omni tempore illo episcopus, qui ibidem per tempore fuerit, vel avocato predicte eclesie.

Et si quiscumque de heredibus meis aut aliqua persona qui nostro ingenio contra anc cartula offersionis venire temtaverit aut eam imfrangere vel disrumpere quesierit, per nosmet ipsos vel per ulla nostraque sumittente persona, cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio, spondeo ego qui supra Uberto una cum meis eredibus componere a ppars predicte eclesie

etpiscopatui sancte Marie penam aureum optimum libras centum et predicta res in duplum in ferquidem loco, sub estimationem [quales] tunc fuerit.
Quia in tali hordinem anc cartula offersionis Cunradus notarius domni imperatoris scribere rogavit.
Actum fora iusta muro istius civitatis prope fluvio Arno.
Singnus manus suprascripti Uberti, qui ac cartula offersionis fieri rogavi.
(S) Ego Bonitio, iudex Sacri Palatii, subscripsi.
Singnus manus Raimundi, filio bone memorie Beriti, testis.
Singnus manus Martini filio Iohanni testis.
Singnus manus Bonfilii, filio bone memorie Boniti, testis.
(S) Cumradus notarius domni imperatoris post tradita complevi et dedi.

3 gennaio 1059 b

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 128.

Edizioni:
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa, Fondo arcivescovile 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n-131 pp.331-333.

Note
Sul verso di mano del secolo XI: «Cartula offersionis de Nuvila»; di mano del XIII secolo: «Offersionis de parte castri de Nubila facte Pisis …»; di mano del XVII secolo: «198»; «1059»; «172»; di mano del XVIII secolo: «n° 128»; «1059, 3 gennaio».
La pergamena presenta due fori nella parte superiore e alcune rosicature lungo il margine sinistro.

Regesto

Baroncello della fu Ermengarda, per la salvezza della propria anima, dona all'episcopato di Pisa, dove è vescovo Opizo, la propria quota, che è un sesto, del castello e del poggio di Nugola con la chiesa situata dentro il castello, che aveva acquistato dai fratelli Ugo ed Enrico figli del fu marchese Uguccione.
Fatto fuori dalle mura di Pisa vicino al fiume Arno
Rogò Corrado notaio dell'imperatore.

Originale

(S) In nomine domini nostro Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quinquagesimo nono, tertio Nonas ianuarii, indictione duodecima.
Sancto autem venerabilis eclesie etepiscopatui sancte Marie Pisense, ubi nunc Oppitio episcopus reveremtissimus preesse videtur, ego quidem Baronc[ello filio bone memorie] Ermingar[de, quia per hanc car]tulam offersionis, pro anime mee remedium et pro remedio animarum om[nium qui uius cepte r]ei adiutores estiterunt, offero tibi deo et predicta eclesia et episcopatu[i sancte M]arie, id est meam portionem ex integram de castello et poio illo que dicitur Nuvila seo curte de predicto castello et meam portionem de eclesie ille qui sunt infra ipso castello etdificate, cui vocabulum est beate sancte Marie et sancti Michaeli et sancti Martini, et cum meam portionem de omnibus rebus movilibus et inmovilibus, que a suprascripta curte sunt pertinemtibus. Et est ipso castello et curte posito infra comitato nostro [Pi]s[an]o.
Rebus vero ipsis ideo tam de casis et rebus donicatis et de massariciis, cum fundamentis et omnem etdeficiis vel universis fabricis suis seo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, castanietis, quercetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis et rebus vel incultis seo piscareis, de omnia et ex omnibus rebus, quamtas ubique in qualibet locis vel vocabulis et a suprascripto castello et poio seo curte sunt pertinemtibus, competie exinde mihi de duo portionis quartam portionem, quas mihi per duo cartule scripte sunt minibus Ugoni et Vuidoni notarii domni imperatoris ex comparationem opvenit ad Ugo et ad Henrichus germani filii bone memorie Ughicioni, qui fuit marchio.
Iandicta meam portionem de predictis rebus in iamdicto loco et qualiter mihi ad suprascripti germani per memorate cartule ex comparationem opvenit et in cartule ipse comtinere dinoscitur, ipas vero meam portionem exinde integram cum inferioribus et superioribus suarum seo cum accessionibus et ingressoras suarum et cum suprascripte cartule et moniminas seo exemplar exinde pertinemtes, quas vos exinde abere et ostendere potueritis, tibi omnipotenti deo et eclesie episcopatui sancte Marie offero, dono, cedo, trado, ut sint iure proprietario nomine a predicta eclesia et episcopatui abemdi, tenemdi, aiendi, causandi a pars predicte eclesie omni tempore illo episcopus qui per tempore fuerit vel avocato predicte eclesie.
Et si quiscumque de eredibus meis aut aliqua persona per nostro ingenio contra anc cartula offersionis venire tentaverit aut eam infraniere vel disrumpere quesierit, per nosmet ipsos vel per ulla nostraque sumitente persona, cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio, spondeo ego qui supra Baroncello una cum meis eredibus componere a pars predicte eclesie

etpiscopatui sancte Marie penam aureum optimum libras centum et predicta res in dupplum in ferquidem loco sub estimationem quales tunc fuerit.
Quia in tali ordinem anc cartula offersionis Cumradus notarius domni imperatoris scribere rogavit.
Actum fora, iusta muro istiu civitatis prope fluvio Arno.
Singnus manus suprascripti Baroncelli, qui ac cartula offersionis fieri rogavi.
(S) Bonitio, iudex Sacri Palatii, subscripsi.
(S) Ego Gherardo rogatus testis subscripsi.
Singnus manus Varli filio bone memorie Iohanni testis.
Singnus manus Pesci filio bone memorie Perti testis.
(S) Cunradus, notarius domni imperatoris, post traditam complevi et dedi.

28 gennaio 1059

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 129.

Edizioni

L.A.MURATORI, *Antiquitates Italicae Medii Aevi, III*, Milano 1740, colonne 1085-6.

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bolletino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto 2006, n.132 pp.333-336.

Note

Sul verso di mano del XII secolo: «Conquisito Opitonis episcopi de castro de Nubila»; di mano del XIII secolo: «In Nubila, offersione de castello et curte»; di mano del XVII secolo: «180»; «1055»; «n° 163»; di mano del XVIII secolo: «n° 129»; «1059, 28 gennaio».

La pergamena presenta rosicature lungo i margini destro e sinistro.

Regesto

Boinone del fu Giovanni, Pandolfo detto Contulino, figlio del fu Pandolfo notaio, e Guntelda moglie di Pandolfo e figlia di Sighizi, per la salvezza delle loro anime, donano all'episcopato di santa Maria di Pisa, dove ora è vescovo Opizo, la loro porzione, che è due sesti, del castello e poggio e curtis di Nugola e della chiesa che è all'interno del castello, che essi hanno comprato dai fratelli Ugo ed Enrico figli del marchese Uguccione.

Fatto in Pisa.

Rogò Corrado notaio dell'imperatore.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille quinquagesimo nono, quinto Calendas februarii, indictione duodecima.

Sancto autem venerabilis eclesie etpiscopatui sancte Marie Pisense, ubi nunc donnus Oppitio episcopus reverentissimus preesse videtur, nos quidem Boinone, filio bone memorie Iohanni, et Pandulfus qui Contulino vocor, filio bone memorie Pandulfi qui fuit notarius, et Guntelda iugales, filia bone memorie Sighiti, quia consemtiemtes mihi suprascripto vir meus, ubi es secundum legem interesse videtur notitia[4] Lamberti, iudex sacri palati, a quibus secundum legem interrogata et congnita sum eo quod nulla me passa sum violentia, set pura ex integram mea bona voluntas sequemter etdicti paginam, comuniter comsemtiemtes mihi suprascripto vir meus, per anc cartula offersionis, pro anime nostre et remedium et pro remedium animarum omnium, qui uius capta rei adiutores estiterunt, offerimus tibi deo et a predicta eclesia et episcopatui sancte Marie id est nostram portionem ex integram de castello et poio illo que dicitur Nuvila, seo curte de predicto castello, et nostram portionem de eclesie ille qui sunt in ipso castello edificate, cui vocabulum est beate sancte Marie et sancti Michaeli et sancti Martini, et cum nostram portionem de omnibus rebus movilibus et immovilibus, que a suprascripta curte sunt pertinemtibus. Et est ipso castello et poio seo curte posita infra comitato nostro Pisano.

Rebus vero ipsis ideo tam de casis et rebus donicatis quam et de mas[sariciis, cum fum]damemtis et omnem etdeficiis vel universis fabricis suis, seo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, castanietis, quercetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis et rebus vel incultis, seo piscareis, de omnia et ex omnibus rebus, quantas ubique im qualibet locis vel vocabulis, que a suprascripto castello et poio seo curte sunt pertinemtibus, competi exinde nobis de duos portionis medietatem, quas nobis per duo cartule scripte sunt manibus Ugoni et Vuidoni notarii domni imperatoris ex comparationem opvenit ad Ugo et ad Henricus germani filii bone memorie Ughicioni qui fuit marchio.

Iamdicta nostram portionem de predicti rebus in iamdicto loco et qualiter nobis a suprascripti germani per memorate cartule ex comparationem opvenit et in cartule ipse comtinere dinoscitur, ipsa vero nostra portionem eximde integram cum inferioribus et superioribus suarum seo cum accessionibus et imgressoras suarum et cum suprascripte cartule et moniminas seo exemplar eximde

---

[4] notia.

pertinentes, quas vos exinde abere et ostendere potueritis, tibi omnipotenti deo et eclesie et episcopatui sancte Marie comuni[ter] offerimus, donamus, cedimus, tradimus, ut sint iure proprietario nomine a predicta eclesia et episcopatui abemdi, tenemdi, aiemdi, causamdi a ppars predicte eclesie omni tempore illo episcopus, qui ibidem pro tempore fuerit, vel avocato predicte eclesie.
Et si quiscunque de eredibus nostris aut aliqua persona per nostro ingenio contra anc cartula offersionis venire tentaverit aut eam infrangere vel disrumpere quesierit per nosmet ipsos vel per ulla nostraque sumittente persona, cui nos eas dedissemus aut dederimus per quolibet ingenio, spondimus nos qui supra Bonone et Pandolfus et Guntelda, iugalibus, comuniter una cum nostri eredibus, componere a ppars prefate eclesie et episcopatui sancte Marie penam aureum opti[mum] libras centum et predicta res in dupplum in ferquidem loco sub estimatione quales tunc fuerit.
Quia in tali ordinem anc cartula Cumradus, notarius domni imperatoris, scribere rogavimus.
Actum Pisa.
Singnus manus suprascripti Bononi qui anc cartula offersionis fieri rogavi.
(S) Ego Pandolfus viro ipse ei Guntelda comuniter consentientes in ac cartula offersionis ad nos facta subscripsi.
Singnus manus suprascripte Gumtelde qui ac cartula offersionis fieri rogavi.
[(S)] Lambertus iudex sacri palatii interfui et subscripsi.
(S) Enricus, notarius sacri Lateranensis palatii, rogatus testis, subscripsi.
Singnus manus Rustichi filio bone memorie Bonitii testis.
Singnus manus Burelli filio bone memorie Federighi testis.
(S) Cumradus, notarius domni imperatoris, post traditam complevi et dedi.

23 luglio 1059 a

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 130.

Edizioni

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto 2006, pp.338-339 n.134.

Note

Sul verso di mano del XVII secolo: «1060»; «178»; di mano del XVIII secolo: «n° 130»; «1060, 23 luglio».

Regesto

Ranieri, figlio del fu marchese Uguccione, dichiara di aver ricevuto da Guido di Guido e da Lanfredo del fu Angeldo 3 once d'oro del valore di 320 lire. Per questo promette che non molesterà i due nel possesso della porzione (un terzo) del castello, poggio e *curtis* di Nugola, che egli ha venduto loro.

Fatto in Nugola vicino al cestello.

Rogò Lanfranco notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incar[nationis eius mille] sexagesimo, decimo Kalendas augusti, indictione duodecima.

Manif[estu sum ego Ra]ineri, filio bone memorie Ughicioni qui fuit marchio, quia vos Vuido filio ****** Vuidi et Lanfredi filio bone memorie Angeldi dediste mihi merito uncies tres de auro pro libras trecentum viginti.

Propterea per anc repromissionis paginam repromitto vobis ut da modum ut numquam ullo tenpore non abeamus potestate neque licentia ego qui supra Ranieri neque meis eredibus neque cui nos eas dedissemus aut dederimus vobis qui supra Vuido et Lanfredi vel ad vestris eredibus aut cui vos eas dederitis vel abere decreveritis, intentionandi nec suptragendi neque minuandi neque molestandi neque per placitum fatigandi nullam de meam portionem, quod est tertiam portionem, de monte et poio seo castello qui esse videtur in l[oco e]t finibus ubi dicitur Nuvila, ubi eclesia sancte Marie et sancti Michaelis arcangnelis [et sancti Martini] sunt costructe et dificate, et cum meam portionem, quod est tertiam portionem, de curte et res qui esse videtur infra suprascripto loco et finibus Nuvila, cum omnibus casis et terris et vineis et pisscareis et eclesis seo movilibus vel inmovilibus, servos vel ancillas adque notriminibus, qui as suprascripta tertiam portionem est pertinentes, quas vobis per cartula scripta est manibus Lanfrancho notarii apostolice sedis ex comparationem obvenit a me ipso qui supra Raineri.

Iamdictam meam portionem, quod est tertiam portionem, de iandicto monte et poio seo castello, et cum meam portionem, quod est tertiam portionem, de curte et res, cum onni suarum pertinentia et iacentia in iandictis locis et qualiter vobis a me ipso qui supra Raineri per memorata cartula ex comparationem obvenit et in cartula ipsa continere dicoscitur, ut dictum est, vobis exinde nullam intentionare nec suptragere neque minuare neque molestare neque per placitum fatigare non debeamus.

Unde repromitto ego qui supra Raineri una cum meis eredibus vobis qui supra Vuido et Lanfredi vel ad vestris eredibus, ut si nos vobis eas, de quas vobis supra promisit, aliquando tenpore in alicho exinde intentionaverimus aut rettolli vel suptragi quesierimus, nos vel ille omo qui cum nostro dato aut facto etvenerit aut apparuerit, qui contra vos agere aut causare vel intentionare seo minuare adque molestare sive per placitum fatigare fecerit, presumserimus per nosmet ipso vel per ullam nostramque sumitente persona, cui nos eas dedissemus aut dederimus per collibet ingenio, et eas vobis, de quas vobis supra promisit, ab onnis omines defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego qui supra Raineri una cum meis eredibus conponere vobis qui supra Vuido et Lanfredi vel ad vestris eredibus aut cui vos eas dederitis vel abere decreveritis aut egidem

omini qui unc promissio per manibus abuerit, eum nobis opstiderit, penam arigentum optimum libra quinquecentum.
Quia in tali ordine unc promissio Lanfrancus, notariuis apostolice sedis, scribere rogavi.
Actu loco et finibus Nuvila prope suprascripto castello.
Singnus manus suprascripti Raineri qui anc promissio fieri rogavi.
(S) Ildebrandus, iudex domni imperatoris, subscripsi.
Singnus manus Rasignani, filio bone memorie Landolfi, testes.
Singnus manus Ughi, filio bone memorie Oppiti, testes.
Singna manuum Carboni et Vuinieldi, germani, filii bone memorie Surichelli, testes.
Singnus manus Pagani filio Vuidi testes.
(S) Lanfrancus, notarius apostolice sedis, pos tradita complevi et dedi.

23 luglio 1059 b

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 131.

Edizioni:

L.A.MURATORI, *Antiquitates Italicae Medii Aevi, III*, Milano 1740, colonne 1087-8.

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.133 pp.336-337.

Note

Sul verso di mano del secolo XI: «Cartule de Nuvila»; di mano del XIII secolo: «Nubila. Emptio castri de Nubila»; di mano del XVII secolo: «1060»; «171»; dsi mano del XVIII secolo: «n°131»; «1060, 23 luglio».

Regesto

Ranieri, figlio del fu marchese Uguccione, vende a Guido figlio di Guido e a Lanfredo figlio del fu Angeldo la sua porzione, che è un terzo, del castello, poggio e *curtis* di Nugola, al prezzo di 3 once d'oro che valevano 320 lire.

Fatto a Nugola vicino al castello.

Rogò Lanfranco notaio della sede apoistolica.

Originale

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille sexagesimo, decimo Kalendas augusti, indictione duodecima.

Manifestu sum ego Raineri, filio bone memorie Ughicioni qui fuit marchio, quia per anc cartula vindo et trado vobis Vuidi filio iten Vuidi et Lanfredi filio bone memorie Angeldi id est meam portionem ex integram de monte et poio seo castello illo qui esse videtur et est positas in loco que nominatur Nuvila, ubi eclesia sancte Marie et sancti Mighaelis arcangnelis seo sancti Marti[ni] est constructa et dificata.

Seo vindo et trado vobis id est meam portionem ex integram de curte et res ille massaricies, que sunt posites infra pertinentia de predicta Nuvila vel in eius finibus.

Rebus vero ipsis, seo de curtis, ortalias, terris, vineis, olivetis, castanietis, quercetis, silvis, virgareis, pratis, pascuis seo piscareis et fluminibus et eclesis et cultis vel incultis, sive de movile vel inmobile seo qui semoventibus, tam de servos quam et de ancillas meas, sive de notriminibus meis maioris vel minoris, competi exinde mihi de predicto poio et castello seo de iamdicta curte et res, sicut superius legitur, tertiam portionem ex integram.

Ipsa vero meam portionem exinde integram cum inferioribus et superioribus suis seo cum accessionibus et ingressoras suarum vobis eas vindo et trado.

Pro quibus ad vos recepit merito uncie tres de auro pro libras trecentum viginti in prefinito.

Unde repromitto ego qui supra Raineri, una cum meis eredibus, vobis qui supra Vuido seo Lanfredi vel ad vestris heredibus aut egidem omini cui vos suprascripta mea vendictio dederitis vel abere decreveritis, ut si nos eas vobis aliquando tenpore in alicho exinde intentionaverimus aut rectolli vel suptragi quesierimus, nos vel ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per collibet ingenio, et si nos exinde auctores dare volueritis et eas vobis ab onnis omines defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondimus nos vobis conponere suprascripta mea vendictio in duplum in ferquidem loco sub estimationem quales tunc fuerit.

Sic tamen si nos exinde auctores nec defensores querere nec dare nolueritis, licentiam abeatis apsque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum redendi, finem ponendi, modis onnibus vobis eas defensandi cum cartula ista vel qualiter iusta legem melius potueritis.

Quia in tali ordine anc cartula Lanfrancus, notarius apostolice sedis, scibere rogavi.

Actum loco et finibus Nuvila prope suprascripto castello.

Singnus manus suprascripti Raineri qui anc cartula fieri rogavi.

(S) Ildebrandus iudex domni imperatoris subscripsi.

[Singnus] manus Rasignani filio bone memorie Landolfi testes.

Singnus manus Ughi filio bone memorie Opiti testes.
[Singnus] manus Carboni et Vuinieldi germani filio bone memorie Surichelli testes.
[Singnus] manus Pagani filio Vuidi testes.
[(S) L]anfrancus, notarius apostolice sedis, pos tradita complevi et dedi.

7 ottobre 1059

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 132.

Edizioni

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.135 pp.340-341.

Note

Sul verso di mano del secolo XI: «Carta de Nubila castello a[5] Lanfredi filio Angeldi»; di mano del XII secolo: «Nubila»; di mano del XVII secolo: «244»; «1060»; «173»; di mano del XVIII secolo: «n° 132»; «1060, 7 ottobre».
La pergamena presenta rosicature ad entambi i lati, due fori e macchie di umidità.

Regesto

Lanfredo figlio del fu Angeldo e sua moglie Carabella del fu Albizo, per la salvezza della propria anima e dell'anima del vescovo di Pisa Opizo, donano all'episcopato di santa Maria di Pisa la loro porzione del castello, poggio e *curtis* di Nugola.
Fatto in Pisa.
Rogò Gherardo notaio della sede apostolica.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius mille sexagesimo, Nonas octubris, indictione tertiadecima.
Manifesti sumus nos Lanfredi filio bone memorie Angeldi et Carabella, iugalibus et filia bone memorie Albiti, quia comuniter consentiemtes mihi [suprascripto] vir meus, ubi et secundum legem interesse videtur notitia Boniti iudex Sacri Palatii, at quibus secund[um legem] interrogata et cognita sum eo quod nulla mea passa sit violentiam, set pura ex integram mea bona voluntas sequenter etdicti paginam, comuniter consentiemtes mihi suprascripto [vir] meus, per anc cartula, pro anime nostre remedio et pro remedio anime Oppitionis episcopus Pisense, oferimus, donamus et tra[dimus] omnipotentis deo, eclesie episcopatus sancte Marie Pisense id est nostram portionem ex integram de monte et poio seo castello et curte donnicata de ispo castello, que dicitur Nuvila, cum omnes suam pertinentiam et iacentiam, cum nostra portionem ex integram de e[clesiis] et casis et curtis et casalis et cassinis et silvis et piscareis, cum rebus cultis et incultis, et cum nostra portionem ex integram de servis et ancillis, que et ipsa casa et curte seo castello sunt pertinentibus vel aspicientibus. Conpeti exinde nobis sextam portionem.
Ipsa vero nostra portionem exinde integram et cum inferioribus et superioribus earum seo cum accessionibus et ingressoras earum tibi deo et predicta eclesia sancte Marie oferimus, donamus et tradimus tali ordinem, ut ab odierna die sint iure proprietario predicte eclesie episcopatus sancte Marie et a predicto episcopos vel eius sucessores abendi, tenendi, fruendi et causas exinde agendi, querimonia faciendi, responsum redendi a pars predicte eclesie.
Et si quiscumque de eredibus nostris vel aliqua persona, que cum nostro dato aut facto etvenerit aut aparuerit, qui contra suprascripta eclesia exinde agere aut causare vel intentionare presumserit, per nosmet ipsis vel per ulla nostraque sumitentes persona cui nos eas dedissemus aut dederimus per colibet ingenio, tunc spondimus nos qui supra Lanfredi et Carabella, iugaliubus, comuniter consentientes, una cum nostris eredibus, componere a pars suprascripte eclesie episcopatus sancte Marie omnia in duplum in ferquidem loco, sub estimactionem quales tunc fuerit, et insuper penam arientum optimum libras trecentum.
Quia in tali ordinem anc cartula offersionis Gherardus, notarius apostolice sedi, scribere rogavi.
Actum Pisa.
Singna manuum suprascripti Lanfredi et Carabella iugalibus, comuniter consentiemtes, qui anc cartula ofersionis fieri rogaverunt.
(S) Bonitio iudex Sacri Palatii interfui.

---

[5] Bruno *cancellato con un tratto di penna.*

Singnus manus Sigheri filio bone memorie Macti testes.
Singna manuum Enrighi et Vualandelli germani filii bone memorie Sigheri testes.
Singnus manus Ughi filio bone memorie Ildebrandi testes.
(S) Gherardus, notarius apostolice sedis, pos traditam conplevi et dedi.

31 agosto 1063

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 138.

Edizioni:
Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Editore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto (PI) 2006, n.14o pp.352-353.

Note

Sul verso, di mano ell'XI secolo: «Episcopi de Nuvila»; di mano dei secoli XI-XIII: «Cartula de Nubila et [De]gomo»; di mano del XVII secolo: «1079», «A-1064»; del secolo XVIII: «n° 138», «1064. 31 agosto».
La pergamena presenta rosure ai margini, qua e là macchie di muffa

Regesto:
Cennama, vedova di Corbo e figlia del fu Stefano, vende a Boccolo, figlio della fu Bellina, tutti i beni che ha ricevuto per acquisto, donazione o morgincap dal suo defunto marito Corbulo, posti in Nugola, Decomo e Santo Apostolo. Riceve in pagamento un anello d'oro.
Fatto fuori dalle mura di Pisa, nel borgo detto San Pietro in Vincoli.
Rogò Lamberto notaio dell'imperatore.

Originale:
(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnationis eius mille sexsagesimo quarto, pridie Kalendas sectenbris, indictione prima.
Manifestas sum ego Cennama, relicta qui fuit quondam Corbi et filia bone memorie Stefani, quia una per consensum et data licentiam Stefani filio bone memorie Mori, nepote meo, et Lanberto et Bernardo germani filii bone memorie Perti, mundualdi mei, in corum mundum ego ese visa sum, per anc cartula vindo et trado tibi Bocculo filio bone memorie Belline id est omnibus casis et terris et vineis et silvis et rebus cultis et agrestis, quibus sunt positis infra pertinentia de Nuvila et in loco Decomo seo in loco ubi dicitur Sancto Apostolo sive per alis locis vel vocabulis, quas mihi pertinere videtur tam per donationis cartula, quam per vendictionis sive per morincap ex parte quondam Corboili, qui fuit vir meus.
Predictis omnibus casis et terris et vineis et silvis et rebus cultis et agrestis, que superius legitur, in integris cum inferioribus et superioribus suarum seu cum acessionibus et ingressoras earum tibi eas, consentientes mihi suprascripti mundualdi mei, vindo et trado.
Pro quibus ad [te rec]epit merito annulo uno de auro in prefinito.
U[nde repromitto ego qui supra Cenna]ma, consentientes mihi suprascripti mundualdi mei, una cum meis eredibus, tibi qui supra Boc[culo vel tui]s eredibus aut eidem omini cui vos suprascripta mea vendictio dederitis vel abere decreveritis, ut si nos vobis eas aliquando tenpore in alico exinde intentionaverimus aut retolli vel subtragi quesierimus, nos vel ille omo cui nos eas dedissemus aut dederimus per colibet ingenio, et si nos exinde auctores dare volueritis et eas vobis ab omnis omines defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondimus nos vobis conponere suprascripta mea vendictio in dupplum in ferquidem loco subb estimatione quales tunc fuerit.
Si tamen si nos exinde auctores nec defensores querere nec dare vol[ueri]tis, licentiam abeatis apsque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas agendi, responsum redendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ista vel qualiter iusta legem melius potueritis.
Quia in tali ordine anc cartula Lanbertus, notarius domni inperatoris, scribere rogavi.
Actum fora civitate Pisa in loco Burgo que dicitur Sancto Petro ad Vinculo.
[Sin]gnus + manus suprascripte Cenname, qui anc cartula fieri rogavi.
Singna + manuum suprascripti Stefani et Lanberti seo Bernardi, mundualdi predicte Cenname, consentientes.
(S) Vuillelmus, iudex domni [imperatoris], subscripsi.

Singnus + manus Beriti filio bone memorie Dominici testis.
[Si]ngnus + manus Ughicione filio bone memorie Vuidi testis.
Singnus + manus Dominici filio bone memorie Manni testis.
(S) Lanbertus, notarius domni inperatoris, pos traditam conplevi et dedi.

18 ottobre 1065 a

Archivio Arcivescovile di Pisa, Diplomatico Fondo arcivescovile n. 144.

Edizioni

Carte dell'Archivio Arcivescovile di Pisa. Fondo arcivescovile. 1 (720-1100), cur. **A.GHIGNOLI**, Pacini Rditore [Biblioteca del Bollettino Storico Pisano. Fonti 11,1], Ospedaletto 2006, n.145 pp.361-363.

Note

Sul verso di mano dei secoli XI e XII: «Apparo de terra in loco Octavo prope Cascinam»; di mano del XVII secolo: «247», «291»; del XVIII secolo: «n° 143»; «1066. 13 settembre».
Superficie della pergamen ruvida. Rosure al margine sinistro.

Regesto:

Bocco figlio della fu Bellina e sua moglie Berta figlia del fu Caleffo donano all'episcopato di santa Maria di Pisa, cui presiede il vescovo Guido, la loro porzione, che è la metà, dei beni posti nel territorio di Nugola, Decomo e Santo Apostolo, beni che Bocco aveva acquistato da Cennama vedova di Corbo e figlia del fu Stefano.
Fatto fuori dalle mura di Pisa, presso il monastero di …
Rogò Bonio notaio dell'imperatore.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei etterni. Anno ab incarnationis eius mille sexagesimo sex[to], quintodecimo Kalendas novenbris, indictione quarta.
